

LECTIONES ÆSTIVAS 17 84.
PUBLICAS PRIVATASQUE
ALMÆ LVDOVICIANÆ
RECTOR
JOH. BARTHOLOMÆUS
RVDIGER,

SS. THEOL. DOCT. ET PROFESS. ORD.

VNA CVM TOTO

SENATU ACADEMICO

GENEROSIS LECTISSIMISQUE OMNIUM
FACULTATUM STUDIOSIS

Ex Statutorum præscripto

RITE MERITOQUE


SVB SIGILLO ACAD. MAIORI

indicit atque commendat

ANNO MDCCXVIII.

Die 24. Aprilis.

GIESSÆ-HASSORUM,
Typis VIDIUÆ JOH. REINH. VULPII, Acad. Typogr.



IN FACULTATE THEOLOG.

JOANNES CHRISTOPH. BIELENFELD,

Consiliarius in Sacris Suprem. Superintendens &
Prof. Theol. Primarius.

Continuabit enodationes Textuum difficiliorum *in Lectionibus publicis*, junctâ simul & instructione & Praxi homileticâ; *In privatis* Anthropologiam, quoad statum Gratiae & Gloriam à S. Codicis fonte proponet, nec eorum desiderio qui in Polemicis exerceri cupiunt, deerit.

IO. HENRICVS MAIVS,

S. Theol. D. & Prof. Ord.

In Oeconomia Temporum Veteris Testamenti, secundum seriem Saeculorum, per omnes Hebraei Codicis libros, digesta, explicanda perget, per Leuiticum ac caetera Mosis volumina, & plura etiam, si per tempus licebit, percurrendo; ita quidem, ut simul thesin, iuxta exegetin, breuiter tradat, vsus theoreticos & practicos inde eruat, & textum a peruersis aduersariorum interpretationibus vindicet. Ex Novo quoque Testam. vnum alterumue librum diebus Mercurii & Sabbathi, eadem methodo, exponet, & Theologiam Euangelicam publicis disputationibus absolvere D. G. annitetur.

JOH. BARTHOLOMÆUS RÜDIGER,

D. & Prof. Theol. Ord.

Ad finem *perductis in Augustanam Confessionem* Lectionibus *disputatoriis*, quantum per negotia, quibus jam distringitur, RECTORALIA licuerit, ad controversias post
August.

August. Confessionem inter *Protestantes* obortas haud invito progredietur: Nec vero in continuando veræ Theologiæ cultoribus tantopere necessario *Theses* studio cessabit, omnem in modum commodis *Dnn. Auditorum* inserviendi cupidissimus.

CHRISTOPH. LUDOV. SCHWARTZENAU /

S. Theol. D. ejusdemque Profess. Ordinar.

Adjuvante conservanteque D.S.S. O. B. I. S. communicabit ad Cursum suum Theolog. *παραδρεμα*, Definitiones atque Causas explicans; Quæstiones dubiis motis & accuratis horum resolutionibus amplificans; Canones illustrans; Decisiones denique cum additis earum occasione Quæstionibus corroborans & statuminans; in publicis æquè ac privatis Lectionibus, ut ubi cessat in una, ibi pergat in altera, consequenter eò citius ad finem perducatur.

IN FACULTATE JURIDICA.

BERNH. LUDOV. MOLLENBECIUS,

Acad. Cancellarius & Prim. Professor.

Lectiones Juris Publici pariter ac Pandectarum sedula opera continuabit, inque reliquis desideria Auditorum respiciet.

MELCH. DETHMARUS GROLMAN,

JCtus, Consil. Hass. Darmst. & Prof. Jur. Ord.

Publice ea quæ in Constit. Carol. restant explicabit, Collegia privata tam Digest. quam Feud. propediem absolvet, nova quoque ad Instit. Pandect. & Jus Canonicum inchoabit.

LUCAS JANES /

J. U. D. Consiliarius, Judiciique Aulici, quod Marpurgi est, Assessor & P. P. O.

Ubi paucula ea, quæ cum publicis ad Feuda tum privatis ad Instit. prælectionibus explicanda restant, ad finem perduxerit, nova inchoabit Collegia, votis atque desideriis Dominorum Studiosorum sese accommodaturus.

IMMANUEL WEBER / J. U. D.

Consiliar. Hassiac. & Jurium Profess. Publ. Ordin.

Publicè in *Paroemiis Juridicis* exponendis perget. *Privatim ad Institutiones*, nec non ad *Stryckii Jus Feudale* Collegia explicatorio-examinatoria instituet; *Elementa* etiam *Jur. Nat. & Gent.* ex *Pufendorffii Officiis* docendo pariter atque disputando tradet; & in peculiari Collegio *graviores ex H. Grotii Libro, de Jur. B. & P.* materias breviter sed perspicuè proponet; omnia intra semestre spacium, Deo adjuvante, finiturus.

JOH. HENRICUS MOLLENBECIUS,

J. U. Doct. ejusdemque Prof. Extraord.

Publicè horâ octava in explicandis difficilioribus quæstionibus *Juris Civilis* secundum ordinem *Digestorum* progredietur, & privatim vel *Institutionum* Collegium habebit, aut *Jus publicum & Feudale* docebit, prout utilitas desideriumque *Domino- rum Commilitonum* id efflagitaverit.

IN FACULTATE MEDICA.

JOH. CHRISTOPH. HERTIUS,

Med. D. hujusque Prof. & Archiater Hassio-Darmst. Primar.

Ubi otium aulicum ipsi permittet versari in Academia, non deerit, si quacunque ratione *Philatrorum* conatus promoverè poterit.

JUSTUS FRIDERICUS DILLENIUS,

Med. D. ejusdemque P. P. Ordinar. & Facultatis suæ Senior.

Instante semestri æstivo *Prælectionibus* publicis *aureolos Hippocratis Aphorismos*, DEO T. O. M. vitam & valetudinem prosperante, illustrare occipiet, ac subindè adversus iniquas criminationes, ineptas interpretationes & φλογίας *Michaëlis Aloyfii Sinapii*

Sinapii eos defendere ac veritatem eorundem adserere conabitur. Sed & privatam suam operam expetentibus Dnn. Philiatris, sive in theorica sive practica Medicinæ parte Professioni suæ congrua l.mq; velificabitur.

D. MICHAEL BERNHARD VALENTINI,

Profess. Med. Ord.

Publicè in *aphorismos Hippocratis* commentabitur. Privatim *Cursum universæ Medicinæ*, per sesquiennium cum Provectoribus continuatum, Collegio Casuali seu Consultatorio finiet, & in gratiam Philiatorum Novellorum, peregrè sibi commendatorum, Collegio Institutionali, *sub* *Θεω* rursus ordietur.

D. JOH. CASIMIR. HERTIUS,

P.P. Ordinar.

Publicè hora pomer. III. Rei herbariæ ita operam dabit, ut & viam ad Plantarum cognitionem indicet, & veras earundem vires exponat: Privatim Collegium Anatomico-Physiologicum aperiet.

IO. MELCHIOR VERDRIES,

Medic. D. & P.P. Extraordinarius.

Publice, absolutâ per semestre hybernium Parte Medicinæ Diatetica, ad Pharmaceuticam progredietur. Privatim Institutiones præleget; nec iis deerit, qui vel in universæ Medicinæ cursu, vel in Praxi speciali operam ac manuactionem suam expetiverint.

D. JOH. THOMAS HENSING,

Med. P.P. Extraord.

Scrutiniî Naturæ per Ignem, methodo hucusque sibi consueta, publica hora VIII. matutina, *Theoriam*, privatis vero pluribus, *Praxin*, sedulò prosequetur. Collegium etiam, quo, ad Praxin Medicam Provectiores in Arte salutari manuducit, indefesso studio, Bono cum DEO, continuabit.

IN FACULTATE PHILOSO- PHICA.

MICHAEL BERNHARD. VALENTINI,

Phys. Experim. PP. Ord.

Publicè *Physicam Hippocraticam B. Dn. Joh. Dan. Horstii:*
Privatim *Armamentarium suum Artis & Naturæ*, aut &
Historiam Muscorum Naturalium explicabit.

JOH. HENRICUS MOLLENBECIUS,

J. U. Doct. Prudent. Civil. Prof. Ordin.

Publicè necessaria Juris publici præcognita præleget; Privatim
Lectorio-Examinatorio Collegio *Institutiones* prudentiæ civi-
lis explicabit & in cæteris desiderio Nobiliss. Dn. Commilitonum
pro virili sese accommodabit.

IMMANUEL WEBER/ J. U. D.

Historiar. Profess. P. Ord.

Publicè *Paroemias Historicas*; Privatim verò *Prælectiones*
ad Introductionem der Teutsch & Europäischen Staats-
Historie continuabit; &, hisce ad finem perductis, B. C. D. no-
vum ad dictum libellum Collegium aperiet.

MATTHIAS NICOL. KORTHOLT,

Eloqu. & Poës. Prof. Ord. Academ. Bibliothecae
Praefectus.

Publico studio D. F. hora matutina VIII. officia CICERONIS, sed
interpretatione philologica tantum, non morali explicabit. Quid
in Poësi praestiturus sit, singulari programme significabit, aditum
vero ad Academ. Bibliothecam, quem superiori anno solemni iam
invitatione aperuit, die Mercurii hora X. aperire perget. Porro
priuatis laboribus, eloquentiae cultorum desideriis satisfactu-
rus, collegium stili epistolicum & oratorium practicum denuo
instituet; Cl. quoque STRYVII *Introductionem* in notitiam rei
litterariae observationibus illustraturus. IO.

IO. GEORG. LIEBKNECHT,

Mathematicum P.P. & Ordinarius.

Publice hor. IX - X. mat. *Elementorū suorum Geographicorum*, uti promisit, sectionem Imam exponet; privatim iuxta B. Sturmii & Celeb. Wolffii elementa *integram scientiarum mathematicorum cursum*, ut vocatur, intra anni spatium absoluendum, nec non *Architectonicam* aliasue partes, quae Generosos animos maxime decent, resumet, cumque exercitationibus *calculus Astronomicum* docebit, observationibus hinc inde instituendis.

IO. HENR. MAIVS F.

Antiquitatum, Linguae Graecae & Orientalium Professor Ordinarius.

Posteaquam publice *S. Marci Evangelium & Basilii M. orationem* ad iuvenes proximo semestri labore exposuit, a sacris ad profanos transire scriptores, verosque Graecitatis fontes monstrare, atque eo fine elegantissimi Atticistae, *Alciphronis*, epistolas, Achaico rore conspersas, Philologicis commentariis illustrare secum constituit; fiet hoc hora post meridiem tertia. Privatim coeptas praelectiones in *Goodwini* antiquitates veterum Ebraeorum continuabit, additurus si desiderabuntur, plura.

IO. MELCHIOR VERDRIES,

D. Phil. Natural. PP. Ordinarius.

Publice doctrinam de finalibus rerum naturalium causis explanabit, atque ad summam sapientiam ac bonitatem optimi maximi Creatoris in natura elucentem digitum ubique intendet. *Conspectum* etiam *Philosophiae naturalis*, cujus primam Dissert. nuper exhibuit, publicis Disputationibus porro ventilandum proponet. Privatim ad vota ac desideria Dn. Dn. Commilitonum se accommodabit, quacunque in parte praestantissimae scientiae studium ac industriam suam experiri concupiverint.

IOAN.

IOANNES GODOFREDUS MEIER,

J. U. D. Ph. Pr. Prof. Ord.

PUBLICE hora II da commentabitur in *Pufendorfi lib. de Of-
ficio Hom. & Civ.* PRIVATIM Collegium *Ethicum* ape-
riet.

JOH. CONRADUS ARNOLDI,

Logicæ & Metaphys. Prof. P. Ordin.

QUam ex parte Metaphysicæ speciali coepit Theologia Natu-
ralis expositionem, eam porro hora à meridie prima publi-
ce illustrabit, simulque more coepto Historiam Philosophicam,
nuper propositam, per Aphorismos scriptos repetitam, disputa-
tionibus publicis subjiciet. Privatas vero Lectiones tum Logicas,
tum Metaphysicas usui Dnn. Auditorum accommodare stude-
bit, primum ex Logica artem recte cogitandi proponendo, dein-
de applicationem quoque utriusque disciplinæ Terminorum, in
Theologia atque Jurisprudencia utilissimorum, facillimam
commonstrando.

